



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Alexandro VIII. Innocentio XII. & Clemente  
XI. editas

**Luxemburgi, 1739**

XXXII. De Professione Clericorum Scholarum Piarum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74715](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74715)



ferè nunquam vifiterur, decrevere quod in pofterum præfatus Sancti Salvatoris Conventus ad Provinciam Pedemontanam, & illius loco ad Mantuanam Conventus Sancti Syri de Caftro Noveto fpectent; ficque utrifque Provincialibus, commoda erit refpective vifitatio.

Præces Prioris Generalis.

§. 2. Cum autem ficut eadem expositio fubjungebat, dictus Prior Generalis Decreta hujufmodi, quippe ad confervandum & folidandum in Ordine prædicto regularis obfervantiæ vigorem eximie conducibilia, pro firmiori illorum fubfiftentia, exactiorique obfervatione, Apoftolicæ Confirmationis noftræ patrociniò communiti fummpere defideret. Nos ipfius Prioris Generalis votis hac in re quantum cum Domino poffumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibufvis excommunicationis, fufpenfionis, & Interdicti, aliifque Ecclefiafticis fententiis, cenfuris, & penis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel caufa latis, fi quibus quomodolibet innodatus exiftit ad effectum præfentium dumtaxat confequendum harum ferie abfolventes, & abfolutum fore cenfentes, fupplicationibus ejus nomine nobis fuper hoc humiliter porrectis inclinari, de Venerabilium Fratrum noftrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & confultationibus Epifcoporum, & Regularium præpofitorum confilio, omnia, & fingula Decreta præinferta, in eifque contenta quæcumque; auctoritate Apoftolica tenore præfentium confirmamus, & approbamus, illifque inviolabilis Apoftolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & fingulos Juris, & facti defectus, fi qui defuper quomodolibet intervenerint, fupplemus.

Confirmatio relatorum Decretorum.

Claufula.

§. 3. Decernentes eadem præfentes literas, ad Decreta præinferta femper firma, valida, & effica cia exiftere, & fore, fuosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis ad quos fpectat, & pro tempore quodcumque fpectabit in omnibus, & per omnia pleniffime fuffragari, & ab eis refpective inviolabiliter obfervari: ficque in præmiſſis per quofcumque Judices ordinarios, & Delegates, etiam Cauſarum Palatii Apoftolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane fi fecus fuper his a quoquam quavis auctoritate ſcien ter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obftantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoftolicis, ac quatenus opus fit dicti Ordinis, aliifve quibufvis, etiam Juramento, Confirmatione Apoftolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & confuetudinibus; privilegiis quoque Indultis, & literis Apoftolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præfentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inferſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibufcumque.

§. 5. Volumus autem, ut earumdem præfentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonæ in Ecclefiaſtica Dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in Judicio, quam extra illud habeatur, quæ ipſis præfentibus haberetur ſi forent exhibitæ, vel offenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XII I. Januarii MDCXCI. Pontificatus noſtri Anno Secundo.

XXXII.

Conceditur Clericis Scholarum Piarum facultas emittendi Profeſſionem ante biennium Novitiatus.

Conſt. ed. 1690. Febr. 22. P. 1. eis conceſſa fuere caſci, & tibialia. Et a Clem. XI. Conſt. ed. 1708.

Jun. 19. P. 8. Confirmatur eorum introductio in Civit. Albanen.

Dilecto filio noſtro Gaſpari S. R. E. Presbytero Cardinali Carpineo nuncupato noſtro in Alma Urbe Vicario in Spiritualibus Generali.

ALEXANDER PAPA VIII.

Dilecte fili noſter Salutem, & Apoftolicam Benedictionem.

Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Procurator Generalis Congregationis Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum, quod juxta diſpoſitionem Conſtitutionum dictæ Congregationis auctoritate Apoftolica confirmatarum Novitii Congregationis hujufmodi biennium Novitiatus ante profeſſionem regularis emiſſionem peragere debeant.

A Conſtitutionibus biennium Novitiatus assignatur.

§. 1. Cum autem ficut eadem expositio ſubjungebat, dicta Congregatio Religioſis, qui literatum ſtudiis apprime inſtructi vacationis ſuæ officiis erga proximos ſatiſfaciant, plurimum indigeat, ſtudia vero præfata in Domibus Regularibus ipſius Congregationis Novitiatus hujufmodi agendo deſtinatis, in ſecundo ipſius Novitiatus anno, prout dictæ Conſtitutiones permittunt, atenta earumdem Domorum paupertate, quippe quæ ex elemoſynis ſuſtentantur, nequaquam peragi valeant, ac proinde idem Procurator Generalis opportunam Novitiis ſupradictis facultatem ad profeſſionem præfata juxta formam a Concilio Tridentino Cap. XV. Seſſ. 25. de Regularibus præſcriptam poſt unicum probationis annum, pro Superioris Generalis dictæ Congregationis pro tempore exiſtentis arbitrio, emittendam, quemadmodum alias a nonnullis Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris ad certum tunc expreſſum tempus conceſſa fuit, ſimiliter a nobis concedi ſummopere defideret. Nos ipſius Procuratoris Generalis votis hac in re quantum cum Domino poffumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibufvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliifque Ecclefiaſticis ſententiis, cenſuris, & penis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel caufa latis, fi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum præfentium dumtaxat confequendum harum ferie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes ſupplicationibus ejus nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinari de Venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium Concilii præfati Interpretum confilio, circumſpectioni tuæ per præſentes committimus, & mandamus, ut veris exiſtentibus narratis petitam facultatem emittendi profeſſionem regularem ſupradictam, peracto uno dumtaxat Novitiatus hujufmodi anno Clericis Novitiis memoratæ Congregationis auctoritate noſtra Apoftolica pro ſuo arbitrio, & prudentia gratis impertiatis, ſalva tamen in præmiſſis auctoritate Congregationis memoratorum Cardinalium.

Cauſæ prædictæ Conſeſſionis.

Præces Procuratoris Generalis.

Conceſſio præfate facultatis.

Claufula.

§. 2. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoftolicis, necnon dictæ Congregationis Scholarum Piarum, etiam juramento, confirmatione Apoftolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & confuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoftolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores, præfentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inferſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibufcumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XXIII. Jan. MDCXCI. Pontif. noſtri Anno Secundo.